



**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro
singulis Anni diebus**

Complectens Julium, Augustum, Septembrem

Nepveu, François

Monachii, 1709

Dies 11. De remedijs contra peccatum libidinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60520](#)

D I E S . X I .

De Remedijs Contra Luxuriaz peccatum.

I.

Certa sunt vitia, veluti certi quidam hostes, quos aggredi, & generose impugnare debeimus, si eos superare velimus: sunt etiam eorum aliqui, qui vinci non nisi fugiendo possunt. Timor & fuga totam animi fortitudinem constituunt; vel certe victoriam nobis certam reddunt. Tale est peccatum libidinis, hostis sanè periculosis. Semi-victus est, & penitus vincit, qui proprius ad eum accedit, vel eidem aditum ad se præbet: ut primum periculo hujc hosti faciles solummodo præbemus aures, non multum abest, ut de nobis ei dedendis transfigamus. Is secretum quoddam commercium cum animo nostro, & omnibus ejusdem motibus habet: quibus si non omne cum eo commercium interdicamus, citò prodemur. Time-re, vigilare, orare, & fugere, si non sint unica remedia adversus malum adeò periculosum, præcipua certè, & præsentissima sunt. Negligentia nostra in adhibendis his,



hisce remedijs, vel potius horror, quo hæc media averſamur, an non signa sunt, nos ab hoc malo, quod nobis tam amœnum videtur, liberari nolle, vel in id labi velle?

II. Spectacula, choreæ, libri faceti, cantiones nimium molles, sermones libiores, verba lubrica, vel lasciva, mores fæminarum parùm modesti, genij nimium hilares, ornatus nimis mundani, nuditates periculosæ, congressus, & familiaritates nimis particulares, media sunt, quibus Asmodæus efficit, ut peccatum luxuriæ in mundo invalescat. Omnia sibi permettere, vel tolerare in alijs, qui nobis subſunt, est ex compaeto cum dæmone agere ad fovenda perniciosa ejusdem conſilia. Quàm probrosum est fæminis, & puellis, quæ ſe Christianas dicunt, diaboli instrumenta eſſe! & nihilominus ſibi persuadere, ſe vitam caſtam agere, hoc ſanè, eſt rem ſibi imposſibilem persuadere; id verò sperare temeritas eſt; id à Deo flagrare, eſt eum vel tentare, vel eidem insulare.

III. Cogitatio præſentiæ Dei potens eſt remedium contra peccatum luxuriæ: qua namque fronte in conspectu Dei committere auderes peccatum aliquod, quod perpetrare coram viro quodam honesto vere-

reris?

Augustus.

reris? Testis unicus à facto turpi refrænat cupiditatem vehementissimam: & oculus Dei longè plus formidandus, quam omnes oculi totius vñiversi, id non poterit? hoc sanè est aut fide, aut religione constitutum esse. Si oculus Dei te non inhibet, saltem timor confusionis, quam incurres olim, dum videbis actiones hasce infames, hæc opera tenebrarū in lucem protrahi, in die illa extrema, in die illa magna, in totius vñiversi conspectu te inhibeat. Quod si etiam timor sic nimium debilis est, an nō timor ignis æterni, qui momentaneæ hujus voluptatis futurus est pæna, plus efficiet? vellésne maximam voluptatem emere cruciatu, quem ignis per unicum horæ quadrantē toleratus pareret? possésne hoc? appone manum igni parùm ardenti, & respondere. Et ignis infinitè ardens te non coërcebbit?

Si peccato libidinis ne cdum implicitus es, utere hisce remedijs veluti præcautione, quæ impedit, ut in illud non labaris; si verò tuo malo implicitus es, utere illis ob necessitatem, ut ibi profint ad te ex hoc malo eximendum.

Viae inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis. Prov. 7. 27.

Quidquid seminarium voluptatis est, venenum puta. Hieron, Epist. 11.

DIES